

BIBLIOGRAPHIA HUNTIANA / Form B — Botanical articles

11 8054

B

Author(s) Haller, A. ^{brocht von}

Title Ad enumerationem Stirpium helveticarum emendationes et auctaria. [Pars I] + [Pars IV]

MLP 2776
Abbreviated reference Excerptum Folius Ital. Helv. Lib. 1760. I: 114 - 196. [Jan/mar. 1760];
- - - - - 1761. II: 119 - 156. [Oct/dec. 1761]

Notes

Haller 2: 240



ARTICULUS I.

Alberti HALLERI Emendationum et aucteriorum ad
Enum. stirp. helvet. continuatio.



EMENDATIONES pergo dare ad
magnum Enumerationis opus: ne-
que alio labore delector magis,
quam eo, quem in meis vitis cor-
rigendis pono. Accedunt auctaria aliqua, ex
itineribus, quæ vel ipse suscepi, vel amici,
vel homines, quos ad conquirendas stirpes
paulatim quasi manu duxi.

PRÆTER priores montes compilatæ sunt
hoc anno alpes, quæ a M. *Fouly* secundum
meridionalem alpium catenam, summis sub-
jecti scopulis, tendunt pene ad M. *Sauesch*.
Nomina sunt *Darbon*, *Chamoisence*, *Lodze*, *Vau-*
sey, *My*, *Serein*, ubi glaciales rupes, aliquæ.
Hi ad meridiem: contra ad septentrionem a
M. *Prapioz* ad orientem secundum summam pa-
riter alpes ad M. *Audon* usque. Iterum sum-
ma *Valesia*, fontesque *Rhodani*: et *Sempro-*
nus

ARCHELAUS. Heic quot ARISTOBULOS, quot ALEXANDROS enumerare possem hebraeos ex sola prima littera Alphabeti? Sed quid ago? in fine libelli jam sumus. Legat qui plura videre vult, FL. JOSEPHUM, et PHILONEM, qui cum aliis sexcentis græca nomina habent. Ergo hi omnes non hebraici sanguinis erant, sed Proselyti. Vicit SALMASTIUS, convocet libitinarios, pollinctores, fantapilarios, vespillones, ducat jam funus, pyram accendat, Ossa colligat, cineres recondat Linguae Hellenisticæ, ut in suo Nosocomio sint contra Hellenisticariorum insaniam pharmakon *Artidotoi*. i. e. Antidotum.

ARTICULUS II.

Alberti HALLER

Ad enumerationem Stirpium helveticarum emendationes & auctaria.



UANDO Enumerationem Stirpium helveticarum anno 1742. edidi, immaturum ut opus extruderem, aliqua adductus sum desperatione. Nempe cum a patria abessem, neque tunc ullam viderem speciem futuri creditus, non erat in mea potestate, plantarum helveticarum catalogum

gum novis augere civibus, neque spes erat characterum in recentibus speciminibus perficiendorum. Cum adeo majorem operi meo perfectionem addere non possem, passus sum prodire, ne ea certe perirent, quæ tot per itinera, magno omnino labore præstiteram. Verum aliqua conditio hominis est, qui ex adversariis plantarum aliquem numerum edit, quascunque curatius perlustraverit: alia et deterior ejus, qui integrum aliquem ambitum plantarum alicujus provinciæ elaborandum suscipit. Vix enim, quamcunque curam adhibuerit, fieri poterit, ut omnes plantas, quas longa non unius seculi industria in ea regione detexit, eas omnes recentes videat. Et tamen oportet eas recensere, ad vetusta sæpe, ad mutila non raro, denique ad nulla exemplaria, et ad meras priorum auctorum descriptiones. Denique multum interest, ut numerosa ad exempla variisque locis ac temporibus lecta, descriptiones parentur, ne varietas, aut mutilatio unici speciminis, aut propria alicui stirpis ætati conditio, imponat, aut pro nova stirpe habeatur, quæ unice notæ plantæ rarior semelque visa varietas fuerit. Ita vix potest vitari, quin maneat nonnullarum historiarum intercurrent, neque id vitium in Caprifoliis, Altragalis, Hyppis, Salicibus, Hieraciis, passimque in aliis classibus late patentibus evitare potui.

TOLERABILIVS aliud vitium est, quod ipsum tamen eget excusatione. Late patet Hel-

EXCERPTUM
TOTIUS
ITALICAE NEC NON HELVETICAE
LITERATURAE

PRO ANNO
MDCCLXI.

Tomus IV.



OCTOBER, NOVEMBER, DECEMBER.



BERNÆ.

LITERARIA SOLVENTE SOCIETATE.

#. XIX. 64.

BERN- BB

ARTICULUS I
PARS PRIMA.
EXCERPTA.

Tom. IV. 1761.

A 2

BERN-BB

EXCERPTUM

TOTIUS

ITALICAE NEC NON HELVETICAE
LITERATURAE

PRO ANNO
MDCCLX.

Tomus I.

JANUARIUS, FEBRUARIUS, MARTIUS.



BERNÆ.

LITERARIA SOLVENTE SOCIETATE.

BERN - BB

PARS PRIMA.
EXCERPTA.